grossos pro interesse persolverunt ideo ipsos quietant emittunt et liberos faciunt et de bonis exnunc condescendunt.

Sklodo — Cessio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Posnanien comparens Nobilis Albertus olim Jacobi Sklodo Nobilis Regni Poloniae sanus mente et corpore exponens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Valentino et Pauli Sklodo et ipsi succedenti de medietate inscriptionis suae obligatoriae sibi per olim Nobilem Joannem quondam Petri Kostro de Krasowo Magna ... coram Actis Castren Posnanien feria secunda post Dominicam Conductus Paschae Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Quarto proxime transacto in septem floren Polon inscriptis et recognitis cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis suae ac parata intromissione possessione tentione evictione et ligamentis in Originali inscriptione contentis acceptis tribus floren cum medio cedit et de bonis exnunc condescendit. Omnes et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eius pro interesse suo plenarie transfert et transfundit Intromissionem illi exnunc cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos officii acceptandam admittendo.

Kucsinski — Cessio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Posnanien ... comparens Nobilis Joannes olim Valentini Twardowski Nomine suo et Nobilis Stanislai Twardowski fratris sui a quo pacem cavet et Nobilis Albertus ... Alberti Twardowski Nomine suo et fratrum suorum germanorum a quibus de rato et grato cavet sani mente et corpore exponentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet illorum suo pro interesse recognovit. Quia Nobili Joanni olim Andreae Kuczynski et eius posteritati de omni et integro iure suo seu inscriptione certa obligatoria per Nobilem Joannem Porzola Nobili Mathiae et Valentini Twardowski fratri et patruo recognoscens similiter decessu superse iure Naturali spectantis in summa Quatuor Sexagenarum Polon inscriptis cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis suae ac parata intromissione possessione tentione evictione et ligamentis in Originali inscriptione contentis cedunt et condescendunt. Intromissionemque illi exnunc cum possessione pacifica per Nobilem et Nobiles duos acceptandam admittendo.

Mierswinski — Emissio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Posnanien ... comparens Nobilis Joannes olim Petri Mierzwinski sanus mente et corpore exponens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilem Laurentium filium Mathaei Mierzwinski de vulneratione sibi cum Mathiae obsatis factione sibi praestitam quietat emittit et liberum facit Obduktionemque vulnerum cum toto eius effectu cassat perpetuo Ac hac sua personali recognitione in praemissis mediante.